

## NUOVI DOCUMENTI

### Lavori d'intaglio e tarsia

nei secoli XV e XVI a Reggio Emilia.<sup>1</sup>

#### DOCUMENTO I.

MccccLxij Inditione X<sup>a</sup> die ultimo mensis Sept. Domina Anthona de flordebellis locavit ad fabricandum et construendum hinc ad unum Annum proxime futurum Anthono de Mellaria, M. Manarie filio qd... habitatori in Citadella Ciuitatis Regij ibi presenti in Ecclesia S. Dominici de Regio stallos xxxij in Choro ipsius Ecclesie videlicet xvj a latere de mane et totidem a latere de serropuleros de ligno nucis cum duobus literillis videlicet uno per utroque latere affixos pro cantando salmos et etiam cum uno literille magno in medio pro cantando offitia longo largo et alto secundum literille quod est in Ecclesia maiori. Et etiam cum stallis paruis a latere desubtus suprascriptorum stallorum xxxij, faciendo ipsos stallos secundum quod est super designo quod penes me est laudandos ad arbitrium bonorum virorum omnibus ipsius Anthonii sumptibus et expensis. Et pro mercede ipsius prefata Domina Antonia promixit dare libras Trecentas xxxvj presentis monete ad terminos infrascriptorum videlicet in presenti L. l. pro emendo de Assidibus. L. l. cum incepit laborare in ipso laborerio. L. l. cum expleverit terciam partem dicti laborerii. L. l. cum expleverit medietatem dicti laborerio. L. l. cum expleverit tres quartos dicti laborerii et expleto finito et laudato dicto opere totum restum dictarum L. cccxxxvj. Cum pacto quod dictus Anthonius debeat tassellare totum dictum Corrum quantum tenet stalli

<sup>1</sup> V. articolo a p. 321.

predieti de assidibus de Piella dando ipsa Domina Anthonia planconos xlvij.

Actum in domo ipsius, D. Anthonie et in eius camara cubiculari presentibus Venerabilibus Viris d<sup>o</sup> fratre... priore dicti conuentus d<sup>o</sup> Iacobo et Leonello fratribus de Zobollis, M.<sup>ro</sup> Lazzaro de collechio et Pelegriano Giroldi testibus notis, etc.

(Archivio notarile. Not.<sup>o</sup> Franchino Bonzagni seniore, vol. VIII).

#### DOCUMENTO II.

In Christi nomine amen. Anno a Circumcisione eiusdem Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto Inditione secunda Die vigesimo primo mensis Martii Magister Paulus filius quondam Petri de Venetiis Magister Lignaminis et habitator Regii qui alias a Reverendo in Christi patre et decretorum doctore Domino Filippo de Zobolis Episcopo Comaclensi conduxit ad faciendum et construendum Chorum et Stallos chori Ecclesie Ihesu Christi a parte Inferiori ipsius Ecclesie Civitatis Regii pro pretio ducatorum undecim pro quolibet stallo: quorum Chori et Stallorum partem iam ipse Magister Paulus construxit et pro parte Satisfactionis et Solutionis huiusmodi Laborerij dictus Magister Paulus habuit et recepit a prefato domino Episcopo et ab agentibus pro eo usque in hanc diem facto diligenti inter eos calculo de omnibus et singulis datis eidem Magistro Paulo occasionem predictam, tam in pecuniis quam in bladibus vino asseribus de nuce plupa et piella et alijs rebus per ipsum dominus Episcopus et eius nomine summam et valorem librarum octocentum duodecim solidorum sex et denariorum duorum monete presentialiter currentis in dicta Civitate Regii exceptis